

est ne tunc de se homo desperet quando spes ejus A
ponenda demonstratur in Deo : non autem
desperaret, si eam in seipso superbissimus & in-
felicitissimus poneret? &c. a

a Aug.
c. 22. de
dono
persev.

Ecce pia constantique doctrina abundanter
probravit (*Augustinus*) prædicandam esse Eccle-
siæ prædestinationem, in qua est gratiæ præ-
paratio : & gratiam, in qua est prædestinatio-
nis effectus : & præscientiam Dei, quæ ante
 sæcula æterna quibus esset collaturus sua dona
 præcivit. Cujus prædicationis quisquis est im-
pugnator, apertissimus est Pelagianæ elationis
adjutor. b

b Profp.
per resp.
9. ad ex-
cepta
Genu.

Dicatur ergo verum, maximè ubi aliqua
quæstio ut dicatur impellit, & capiant qui pos-
sunt, ne fortè cum taceatur propter eos qui
capere non possunt, non solum veritate frau-
dentur, verum etiam falsitate capiantur qui
verum capere, quo caveatur falsitas, possunt.
Facile est enim imò & utile, ut taceatur aliquid
verum propter incapaces. c

c Aug.
de dono
persev.
c. 16.

Sed alia est ratio verum tacendi, alia verum
dicendi necessitas causas verum tacendi longum
est omnes querere vel inferere ; quarum tamen
est & hæc una, ne peiores faciamus eos qui non
intelligunt dum volumus eos qui intelligunt,
facere doctiores, qui nobis aliquid tale tacenti-
bus doctiores quidem non fiunt, sed nec pe-
iores fiunt. Cum autem res vera ita se habet, ut
fiat pejor nobis eam dicentibus ille qui capere
non potest : nobis autem tacentibus ille qui
potest ; aliquid putamus esse faciendum verum
ut qui potest capere capiat, quam tacendum
ut non solum id ambo non capiant, verum
etiam qui est intelligenter, ipse sit pejor? d

d Aug.
ibid.

Quò enim est incapior ut discat, eò magis
est idoneus ut alios doceat. Instat inimicus gra-
tiæ atque urget modis omnibus, ut credatur
secundum merita nostra dari, ac si gratia jam non
sit gratia, & nos nolumus dicere ; quod teste
Scriptura postumus dicere ; timemus enim videri
licet ne loquentibus nobis offendatur qui verita-
tem non potest capere, & non timemus ne
tacentibus nobis qui veritatem potest capere,
falsitate capiat. Aut enim sic prædestinatio
prædicanda est, quemadmodum eam sancta scrip-
tura evidenter eloquitur, ut in prædestinatis
sine pœnitentia sint dona & vocatio Dei : Aut
gratiam Dei secundum nostra dari merita con-
sistendum ; quod sapiunt Pelagiani, quamvis ista
sententia legatur in gestis Episcoporum Orien-
taliunt ; etiam ipsius Pelagij ore damnata. e

e Aug.
c. 16. de
dono
persev.

Verum contra hanc invictæ veritatis splendi-
dissimam lucem solent quidam non sobrie dicere,
superflud ad acquirenda bonorum operum me-
rita laborari, frustra etiam orationibus, quibus
Deus exorandus speratur, insisti ; si ex incom-
mutabili proposito ejus, Christianæ gratiæ subsi-
stint electio, nec aliter quicquam procedere po-
test quam omnipotentis voluntate dispositum
est. Sed qui se ingeniosè hoc arbitrantur oppo-
nere, non intelligunt scientiam Dei, quæ &
præterita, & præsentia, & futura complecti-
tur, tempore non teneri, & tam in conspectu
f. B.

Prop. l. ejus additare ea quæ gerenda sunt, quam illa quæ
aut geruntur aut gesta sunt. f
Orationum verò sollicitudinem divinæ electio-
nis proposito non resolvi, uno testimonio evi-

denter probabo, ut cætera studio brevitatis
omitam. In libro igitur Tobia ad filium ejus
Tobiam Raphael Angelus dicit : memor esto
mandatorum Patris tui, quoniam præcepit tibi ac-
cipere debere uxorem de genere Patris tui, &
nunc audi me frater, noli computare dæmonium
illud, sed postula eam, & scito quoniam dabit
tibi hac nocte uxor : & cum intraveris in
cubiculum, tolle de jecore piscis illius, & im-
pone super carbones, & odor manabit & odora-
bitur illud dæmonium & fugiet, & non appa-
rebit circa illam omnino in perpetuum : & cum
cæperis velle esse cum illa, surgite primum am-
bo, & deprecamini dominum cæli, ut detur
vobis misericordia & sanitas, & nolite timere,
tibi enim destinata est ante sæcula, & tu eam
sanabis. Quamvis ergo quod statuit Deus nulla
possit ratione non fieri, studia tamen non tollun-
tur orandi ; nec per electionis propositum liberi
arbitrij devotio relaxatur, cum implendæ volun-
tatis Dei ita sit præordinatus effectus, ut per la-
borem operum, per instantiam supplicationum,
per exercitia virtutum fiant incrementa merito-
rum : & qui bona gesserint, non solum secun-
dum propositum Dei sed etiam secundum sua me-
rita coronentur. a

Tob. 6.
secun-
dum le-
ctionē
1xx.

a Profp.
de voc.
Genu.
c. 36.
b Idem
c. 35.
c Aug.
de gra-
tia &
lib. arb.
c. 7.
d Cele-
sti. P.

epist. ad
epi. Gal.
c. 12.
Concil.
Trid.
sess. 6.
cap. 12.
Augu.
epist.
105. de
gratia
& lib.
arb. c. 6.
e Concil.
Araus.
can. 18.
f Profp.
sentent.
297.

Psal. 58
Psal. 22
g Rom.
6.

h Aug.
epistol.
105.
i Idem
c. 9. de
gratia
& lib.

C A P. XXIV.

Justorum opera esse apud Deum meritoria.

Deus enim his quos eligit sine meritis dat
unde ornetur & meritis. b

Quia tamen Dei dona sunt bona merita tua,
non Deus coronat merita tua tanquam merita tua,
sed tanquam dona sua ; c

Cujus tanta est erga omnes homines bonitas,
ut nostra velit esse merita quæ sunt ipsius dona,
& pro his quæ largitus est, æterna præmia sit
donaturus. d

Debetur merces bonis operibus si fiant ; sed
gratia quæ non debetur, præcedit ut fiant, e

Sicut ergo ab initio fidei misericordiam con-
secuti sumus, non quia fideles eramus, sed ut
essemus : sic in fine (quod erit in vita æterna)
coronabit nos, sicut scriptum est ; f in misera-
tionem & misericordia non itaque frustra Deo can-
tatur ; & misericordia ejus preveniet me : & mi-
sericordia ejus subsequetur me. Unde & ipsa vita
æterna, quæ utique in fine sine fine habebitur,
& ideo meritis præcedentibus redditur, tamen
quia eadem merita quibus redditur, non à nobis
parata sunt per nostram sufficientiam, sed in nobis
facta per gratiam, etiam ipsa gratia nuncupa-
tur, non ob aliud, nisi quia gratis datur : nec
ideo, quia meritis non datur, sed quia data
sunt & ipsa merita quibus datur. Ubi autem in-
venimus etiam vitam æternam gratiam nuncu-
pari ? Habemus apud eundem gratiæ magni-
ficum defenlorem Apollolum Paulum ; g stipen-
dium inquit peccati mors est : Gratia autem
Dei, vita æterna in Christo JESU Domino
nostro. h

Ubi cum posset dicere & rectè dicere ; Stipen-
dium autem justitiæ vita æterna : maluit dicere ;
gratia autem Dei vita æterna : ut hinc intelli-
geremus non pro meritis nostris Deum nos ad
æternam vitam, sed pro sua miseratione perdu-
cere. i

Qua-
arb.